

✓ Illustrissime, et Reverendissime Domine. Etsi mea mihi non multum placeant, quippe qui novi imperfectum meum; tua tamen, Antistes optime, mirificè placuerunt: quae enim ego levi manu vix adumbravi tu vivis coloribus ita perfecisti, ut operis mei vestigia internos-  
5 ci non queant. Vel si mavis, ut à pictis imaginibus ad hortulos transeamus si quos fructus ex hortulo meo legisti eos per se acerbos et insipidos, tu saccaro ac melle sapientiae atque eloquentiae tuae conditos tales reddidisti, ut eos gustandi sensum amisisse op-  
orteat, quibus non sapiunt. Mihi certe dulcissimi visi sunt, ac pro  
10 iis gratias ingentes habeo, et ago. Precor vero Deum, ut qui dona gratiae suae tam larga manu in animum tuum profudit, idem te Ecclesiae suae decus diu servet incolumem. Romae 1605.

Amplitudinis tuae  
addictissimus.  
-----

15 Episcopus Algarbiensis.

Archiv. Vatic. MSS. Gesuти 18 fol. 131. Brouillon autogr.